

Leonhard Kayser, *Priester der Diözese Salzburg und Kaplan der Pfarrkirche zu Innsbruck, an Calixt III. (Supplik)*. Er bittet um Absolution von den Kirchenstrafen, in die er gefallen sei, weil er während des Aufenthalts der exkommunizierten Äbtissin Verena von Sonnenburg in Innsbruck die Messe gelesen habe, wobei jedoch die Äbtissin nicht zugegen gewesen sei. Er bittet außerdem um Absolution von den Kirchenstrafen, die ihn wegen der Gefangennahme eines Diakons getroffen haben. Er habe die einschlägigen Provinzialstatuten nicht gekannt.

Kopie (gleichzeitig): ROM, Arch. Poen, Reg. Suppl. Poen. 5 f. 242^v-243^r (gleicher Schreiber wie Nr. 4863).
Regest: Schmutge/Müller, RPG III 40 Nr. 273.

Exponitur s. v. pro parte devoti vestri Leonhardi Kayser, presbiteri Saltzburgensis diocesis, quod, cum ipse alias capellanus parochialis ecclesie opidi in Ysbru, Brixinensis diocesis, fuisset, prout adhuc est, quedam abbatisa monestarii (!) in Sammenbug (!), ordinis sancti Benedicti, dicte Brixinensis diocesis, existens excommunicata, aggravata, reaggravata et interdicta²⁾, ad dictum opidum venit et ibidem per aliquot dies permansit³⁾, sicque illa ibidem interdicta opido existente prefatus exponens tamquam simplex et iuris ignarus et non in contemptum clavium divina officia pluries celebravit et aliis immiscuit se eisdem, non tamen in presencia ipsius abbatisse. Eciam, pater s., quidam diaconus⁴⁾ per potentiam laicalem in dicto opido Ysbrucke captus et detentus fuisset per unum diem vel quasi et postea relaxatus. Idem exponens ignorans statuta provincialium et sinodalia (conciliorum)⁵⁾, cum propter hoc observant ecclesiasticum interdictum, sed iterum tamquam simplex et iuris ignarus et non in contemptum clavium divina officia celebravit. Nu(n)c vero per instruxionem iuris peritorum timet se propter premissa excommunicacionis sentenciam et suorum ordinum suspensionem (!) ac inhabilitatis motum contraxisse et irregularitatis maculam incurrisse. *Er bittet daber um Absolution.* — *Kard. Capranica billigt mit Fiat de speciali.*

3 abbatisa: *em.* ablatissa. 6 ignarus: *em.* ingnarus. | in contemptum: *em.* in comptetum. | pluries: *em.* proluvies. 7 abbatisse: *em.* ablatisse. 10 in contemptum: *em.* in comptetum. 11 excommunicacionis: *em.* excommunicacionum. 13 irregularitatis: *em.* inregularitatis.

1) *Datum der Billigung.*

2) *S.o.* Nr. 4588.

3) *Äbtissin Verena hielt sich im März/April 1456 in Innsbruck auf; s.o.* Nr. 4699, 4745.

4) *Der Notar Georg Sewml, der das Interdikt verkünden sollte; s.o.* Nr. 4700f., 4863.

5) *S. die Bestimmungen zum Interdikt in den Brixner Diözesanstatuten von 1438 (c. 20) und 1449, ed. Bickell, Synodi Brixinenses 13 und 27, jeweils mit Verweis auf den Text bei Dalham, Concilia Salisburgensia 253. Vgl. auch Nr. 4228 Anm. 8.*